

Appendix. — Europa Nro. 33.

## Regnum Mortuorum,

Sermo politicus.

De Re bellica Hispanorum.

*Elysium — Meum. — Die 29. Septembris 1808.*

*Thema:*

Videtur mihi hispanicum esse.

*Proverbium.*

Proverbium hoc tunc cum primis adhibemus, cum rem peregrinam, paradoxamque designare volumus. Et revera peregrini erant plerique Europaei in rebus hispanicis, cum vix aliquando Hispaniam inviserent, neque Hispani ad alias provincias Europaeas excurrerent; inde proverbium natum est: Videtur mihi hispanicum esse.

Sic quoque in Re bellica Hispanorum peregrini eramus; paradoxum nobis apparebat, videre hispanicum exercitum in Germania Septentrionali, sed quis scit, qualem apud Hispanos Germania ideam excitaverit? — Auctor observationum Europaearum de Re bellica Hispanorum varias format Reflexiones, quae his temporum circumstantiis notatae dignae sunt.

Ante Revolutionem gallicanam civitates omnes habebant magis civilem, quam militarem characterem, quod cum primis apud Status Europae meridionalis obtinuit, quibus relate ad incolarum numerum, parvus erat exercitus. Hispania 10—11 Milliones incolarum numerat, nihilominus exercitus ejus pacis tempore duntaxat e 78.596 constat. Cum objectum hocce, his temporum adjunctis publicam excitet attentionem, nonnulla attingere juvabit, quae Auctor operis: „*Nouveau Voyage en Espagne, à Paris 1805.*” de Re Hispanorum bellica collegit. Temporibus novissimis Princeps Pacis praecipue organisatione Rei bellicae occupabatur, multaque vitiosa abrogavit.

Peditatus linealis e 38 legionibus, cuivis tres assignando cohortes, insimul vero e 38.304 militibus constat. Perro numeratur legio pedestris italica, e 1008, et 6 legiones helveticae, e 12.084 militibus consistentes. Levioris armaturae Peditatus 12 cohortes numero 3400 militum continet.

Res Tormentaria e 5. legionibus, in 12 centurias divis, constat. Cuivis legioni adjunctae sunt centuriae duae Pyrobolariorum equestrium.

Equitatus gravis armaturae 12 legiones, insimul 6000 milites constituentes, levis vero armaturae, 6. legiones Ye-

natorum equestrium, et 6. legiones Hussarorum completur.

Status ergo universi exercitus sequens est; et quidem pacis tempore: peditatus 59,796, equitatus 12,000, Pyrobolariorum 5,400, cuniculariorum 1400, universim 78,596. Belli autem tempore: Peditatus 98,200, Equitatus 12,000, Pyrobolariorum 6000, Cuniculariorum 1400. Universim 111,600.

Cohors Castrametatorum e 196 officialibus constat, qui legionem formant Cuniculariorum e 1400 viris compositam.

Praeter hunc exercitum existunt adhuc 4 legiones Grenaderiorum provincialium, et 42 legiones copiarum ruralium, quae belli duntaxat tempore servitia praestant. Copiae hae simul sumptae 32,200 constituunt. Copiae rurales Hispaniae ita insigniter sunt organisatae, tantamque sibi conciliarunt virtutis bellicae laudem, ut eis paucae in Europa comparari possint. — Belli tempore Civitates praecipuae centurias militiae civicae pro excubiis necessariis erigere solent.

A tempore novae organisationis, quivis miles Hispanicus dietim stipendium 20 solorum (sols) obtinet. Salaria Officialium a Colonello usque Sublocumtenentem aucta sunt, ita ut praeter anglicanum, nullus europaeus exercitus altiora habeat stipendia.

Miles hispanicus singularibus excellit virtutibus militaribus. Nulos patitur, cum se retrahere debet, animi affectus, ut adeo hoc in passu Hungaris sit similis; in impetendo e contra hoste Gallorum praesefert vehementiam; distinguit se praeterea subordinatione exemplari, patientia incredibili, et frugalitate tanta, ut in bello cepa, aut sarda contentetur, dummodo Nicotianam (Cigarro) fumare possit; molestias omnes fortiter sufferre novit; itineris diuturnitate non fatigatur, et communiter humi dormit. Raro signa deserit, est enim patriae amans; est denique pius, et antequam se pugnae committat, Deo animam commendat, nilque suscipere solet, nisi prius absolutionem, et benedictionem Capellani campestris obtinuerit.

Facta Hispanorum praecipua, fastis digna, hae sunt: Proffigatio Maurorum ex Hispania; Expugnatio Mexici; dies memorabiles ad Paviam, et Quentin; campi Armanzae, et Villaevicosae; denique conatus novissime sub exordium Revolutionis palicae.

Segoviae existit Schola Rei Tormentariae, ex qua peritissimi prodeunt officiales, prouti generatim Res Tormentaria apud Hispanos excellit, quod ultimo bello Gallico demonstrarunt. Zamorae Schola insignis geometrica erecta habetur.

Auctor observationum harum, emigrans Gallus, qui in Exercitu Hispanico servivit, aserit, copias hispanicas patriam

suam  
ndend  
niae e  
ctis in  
75 se  
col de  
ctor n  
impet  
lonian  
ad tut  
Duae  
Pro de  
ducen  
M  
copiar  
copiae  
spersa  
in His

A  
Abro  
tione  
spanis  
nation  
insupe  
tum p  
jam e  
pitula

et occ  
aeter  
tanter  
trum  
vum  
est ad  
Saecu  
his t  
24. S  
cum j  
centu  
praes  
nit In  
schal  
stoi  
nocte  
Civit  
Vespe

suam contra quamvis hostilem irvasionem in statu esse defendendi, si iis insignes praeficiantur Officiales. Limites Hispaniae ex parte montium pyraenorum non nisi in duobus punctis impeti possunt, quamquam D. *Bourgoing* adstruat, 75 se in montibus pyrenaeis reperisse transitus, quorum 7 a *col de Bagnols*, usque *Val d' Aran* tormenta admittunt. Auctor noster e contra e duobus punctis duntaxat Hispaniam impeti posse esseverat, nempe ad *Guipuscoam*, et ad *Cataloniam*, sufficereque ad defendendam *Cataloniam* 60,000, ad tutandam vero *Guipuscoam* simul, et *Navarram*, 40,000. Duae hae provinciae unicam constituunt lineam defensionis. Pro defendendis pyraenorum angiportubus, ad *Aragoniam* ducentibus, 10,000 copiarum desiderantur.

Montes Pyraenei nunc per Gallos obsidentur; 120,000 copiarum hispanicarum extra Regnum sunt in Germania; copiae Regiae domesticae e 7000 militibus consistentes dispersae sunt; magnus autem Exercitus Gallicus ingressum in Hispaniam parat.

Agmen quidem Gallicum, quod in Lusitania, sub Duce *Abrantes* existit, hucusque omni subsidio, et communicatione destituitur. At certum est etiam, Lusitanos cum Hispanis nullam fovere communionem, inter utramque enim nationem odium intercedit plus quam vatinianum. Constat insuper, Anglos, qui ad litora lusitanica exscenderunt, multum perdidisse, ac usque 17. Augusti nihil profecisse. — Sed jam exercitus gallicus, et classis russica in Portugallia capitulavit.

#### *Diarium Politicum.*

*Erfordia die 26. Septembris.* — Cunctae aures politicae, et oculi in hanc civitatem nunc intenti sunt, cujus nomen aeternis mandabitur Archivis. Erat olim Civitas haec, notanter a Saeculo 14. usque 16. celebre emporium, et centrum Germaniam superiorem inter, et inferiorem. Exclusivum praeterea exercuit quaestum cum *Glasto*, quae planta est ad inducendum colorem caeruleum apta, inducto dein Saeculo 16. Indico, omnis hic quaestus cessavit, nisi forte his temporum circumstantiis rursus resuscitaretur. — Die 24. Septembris legio 17. pedestris huc advenit, quae hicc cum jam hic existentibus 2. cohortibus Praetorianorum, 2. centuriis Cataphractorum, et 2. Centuriis Hussarorum, pro praesidio futura est. — Die 24. Septembris Lipsiam advenit Imperator Russiae Alexander, comitantibus eum Marschallo gallico *Lanes*, et Aulae Marschallo Principe *Tolstoi*, acclamantibusque incolis: *Vivat Imperator!* Exacta nocte in aedibus publicis, *Hotel de Prusse* dictis, mane per Civitatem deambulavit, horaque 10. Erfordiam discessit. — Vesperj porro hora 6. Rex etiam Saxoniae Fridericus Au.

gustus, exultantibus incolis advenit, inque Domo *Thomaine* condescendit.

*Berolino die 20. Septembris.* — Conventio inter Generalem Intendentem *Daru*, et Ministrum *Stein* jam ante 20. N. enses inita, tandem per Imperatorem Napoleonem ratificata est. Conventio dicta restantem duntaxat contributionem concernere dicitur, quae 140 Milliones francorum importare putatur. Medietas contributionis hujus spatio 20. dierum partim in parata, partim per Cambiales depuranda, altera vero medietas in Bonis Regiis hypothecanda venit. Fortalitia *Stettin*, *Cüstrin*; et *Glogau*, usque totalem praefatae summae depurationem, in manibus copiarum Gallicarum permansura sunt, quae illic numero 10,000 pro praesidio remanebunt. Copiae reliquae Gallicae ante finem Octobris Borussia excessurae sunt. Praetensiones pecuniarias, quas Rex in Ducatu Varsoviensi habet, Galliae cessurus est, etc.

Id ex ipsis Anglorum relationibus de 6. Septembris, apparet, quae ita sonant: Navis *Thunderer* Panormo ad *Plymouth* advenit. *Sir Charles Cotton* cum classe sua ad *Olyssiponem*, *Lord Collingwood* autem ad *Gades* constitit. — Classis Praetoris *Thornboroug*, quae litora Gallica, et Hispanica circuibat, ex sequentibus navibus constabat: *Royal Sovereign* 84 tormentorum, *Spartiate* 74, *Eagle* 74, *Formidable* 98, *Caesar* 80 tormentorum. Porro sub Propraetore secundario *Strachan*: *Colossus* 74 tormentorum, *Magnificent* 74, *Multa* 84, *Renoon* 74, *Kanopus* 80 tormentorum. Denique sub Propraetore secundario *Martin*: *Kent* 74 tormentorum, *Sultan* 74, et *Montaque* 74 tormentorum. — Perhibentibus Ephemeridibus aulicis, tria in Lusitania commissa sunt praelia; primum die 15. Augusti ad *Lonrinha*, alterum 17. Augusti ad *Roleia*, tertium vero die 21 Augusti ad *Vimiera*. In his Angli 1288 milites amiserunt. — In Sicilia copiae Anglicanae multum oculorum doloribus affecti erant. — Comes *Beaujolais*, frater Ducis Aurelianensis, Melitae mox post adventum suum mortuus est. — Die 4. Septembris turma navium 20. ex *Grimsky*, *Gothenburgum* movit.

*Hamburgo die 23. Septembris.* — Ephemerides Petropolitanae de 5. Septembris relationem Ministerii Russici navalis continent, quae in summa eo redit: quod Praetor Russicus *Chanykov* die 21. Augusti classem hostilem, e 13. navibus classicis, et 5. subsidiariis constantem, quas inter duae anglicae naves classicae exstiterant, offenderit, eamque die 26. adgressus sit, victus tamen praepotentia, ad Baltispostum se retrahere debuerit, qua occasione navis classica *Vsevolod* multum passa, remansit, et ab hoste, cum se ultra defendere jam non potuisset, succensa est,

Inesse

au

E

licet?

licet,

gnitum

esse

xum

tionum

I

Politi

lierum

Veter

quanc

Vir,

ter co

gitat,

mulie

nos d

daliu

hujus

filare

erum

etiam

deper

mulie

consi

putat

gustus, exultantibus incolis advenit, inque Domo *Thomaine* condescendit.

*Berolino die 20. Septembris.* — Conventio inter Generalem Intendentem *Daru*, et Ministrum *Stein* jam ante 20. Menses inita, tandem per Imperatorem Napoleoneum ratificata est. Conventio dicta restantem duntaxat contributionem concernere dicitur, quae 140 Milliones francorum importare putatur. Medietas contributionis hujus spatio 20. dierum partim in parata, partim per Cambiales depuranda, altera vero medietas in Bonis Regiis hypothecanda venit. Fortalitia *Stettin*, *Cüstrin*; et *Glogau*, usque totalem praefatae summae depurationem, in manibus copiarum Gallicarum permansura sunt, quae illic numero 10,000 pro praesidio remanebunt. Copiae reliquae Gallicae ante finem Octobris Borussia excessurae sunt. Praetensiones pecuniarias, quas Rex in Ducatu Varsovicensi habet, Galliae cessurus est. etc.

Id ex ipsis Anglorum relationibus de 6. Septembris, apparet, quae ita sonant: Navis *Thunderer* Panormo ad Plymouth advenit. *Sir Charles Cotton* cum classe sua ad Olyssiponem, *Lord Collingwood* autem ad Gades constitit. — Classis Praetoris *Thornboroug*, quae litora Gallica, et Hispanica circuibat, ex sequentibus navibus constabat: Royal Sovereign 84 tormentorum, Spartiate 74, Eagle 74, Formidable 98, Caesar 80 tormentorum. Porro sub Propraetore secundario *Strachan*: Colossus 74 tormentorum, Magnificent 74, Multa 84, Renoon 74, Kanopus 80 tormentorum. Denique sub Propraetore secundario *Martin*: Kent 74 tormentorum, Sultan 74, et Montague 74 tormentorum. — Perhibentibus Ephemeridibus aulicis, tria in Lusitania commissa sunt praelia; primum die 15. Augusti ad *Lonrinha*, alterum 17. Augusti ad *Roleia*, tertium vero die 21 Augusti ad *Vimiera*. In his Angli 1288 milites amiserunt. — In Sicilia copiae Anglicanae multum oculorum doloribus affecti erant. — Comes *Beaujolais*, frater Ducis Aurelianensis, Melitae mox post adventum suum mortuus est. — Die 4. Septembris turma navium 20. ex *Grimsky*, Gothenburgum movit.

*Hamburgo die 23. Septembris.* — Ephemerides Petropolitanae de 5. Septembris relationem Ministerii Russici navalis continent, quae in summa eo redit: quod Praetor Russicus *Chanykov* die 21. Augusti classem hostilem, e 13. navibus classicis, et 5. subsidiariis constantem, quas inter duae anglicae naves classicae exstiterant, offenderit, eamque die 26. adgressus sit, victus tamen praepotentia, ad Baltispostum se retrahere debuerit, qua occasione navis classica *Vsevolod* multum passa, remansit, et ab hoste, cum se ultra defendere jam non potuisset, succensa est.

Inesse

au

EU

In  
licet?

A

In

licet,  
gnitum

A

esse p  
xum n  
tionum

In

Politio  
lierum

A

Veteru  
quancVir, c  
ter corgitat,  
inulier

I

nos d  
daliunhujusc  
filareerum  
etiamdepen  
mulieconsil  
putab

# Regnum Mortuorum.

Dialogi politici inter mortuos.

*Elisium — Meum. — Die 4. Octobris 1808.*

Inesse quin etiam sanctum aliquid, et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.

Tacit. de moribus Germ.

Manes colloquentes:

*Iris. — Acidalius.*

*Iris.* — Mirabilis sanctus! Quod tibi nomen, si nosse licet?

*Acidalius.* — Acidalium me orbis eruditus nominat.

*Iris.* — Id quidem valde adaequate, ab Acido videlicet, quo totus impraegnatus es. Nomen tuum mihi incognitum non est.

*Acidalius.* — Is sum, quem adversarium mulierum esse proclamaverunt, quod quidem non inficior, cum influxum mulierum in Rem Politicam, et salutem multarum nationum abominatus sim.

*Iris.* — Incassum nitebaris; ad hanc enim usque diem Politica foemini est generis, duratque dominatus mulierum.

*Acidalius.* — Sua quidem quemque delectant, at ego Veterum mori inhaereo, „ut mulier nempe viro subdita sit,“ quanquam eam ob rem S. Paulum Galli inurbanitatis arguant. Vir, cui nomen istud non nominaliter duntaxat, sed realiter competit, hoc est, qui dignitatis suae conscius, non rogitat, non ineptit, sed imperat, non opus habet Politicam mulierum, caeteroquin claudicantem, perscrutari.

*Iris.* — Modus hic lequendi dictatorius, apud Ottomanos duntaxat receptus, nil aliud exprimit, quam multo Acidalium abundare acido. Peculiarem habent mulieres cum injulsa generis viris agendi methodum; ita nempe rem infilare noverunt, ut decretis virorum negativis; votis mulierum satisfiat: decipiuntur igitur nequidquam viri, et illa etiam frustrantur gratia, quae iis pro obsequio voluntario depensa fuit. Praedecessores Germanorum venerendas esse mulieres exemplo suo docuerunt, teste enim Tacito, nec consilia earum aspernantur, nec responsa negligebant, putabantque, mulieres cognitionem habere futurorum, cum

probabilis illo etiam aevae in negotia jam influere noverint. Anne ergo Germanos virtutis avitae pudeat? — Durities foeminam prudentem nunquam froenat, verum irritat, unde dein infiniti pullulant viris impervii doli.

*Acidalius*. — Non sunt haec amplius ad nostra tempora applicabilia; dudum jam influxus mulierum in Rem politicam cessavit.

*Iris*. — Siccine? Nullamne novisti mulierem, quae virum ad dignitatem evexerit? quae causa promotionis primaria fuerit?

*Acidalius*. — Assequor mentem tuam. — Alter est hic modus influendi.

*Iris*. — Cum officio tabellarii apud Junonem, quemadmodum Mercurius apud Jovem, fungar, saepe ad mundum exmittor. Ex hac experientia tibi historiam, quae in Oriente (ubi mulieres mancipia sunt) accidit, narratura sum, unde adparebit, versutias mulierum esse inscrutabiles. Prius vero praemittere debeo, obtinere in Arabia lusum, qui in eo consistit, quod duo paciscantur, se nihil ab invicem acceptare velle, nisi praevia vocem *Diadesté* enuncient; diu haec ratione attentionem suam probant, ita ut lusus hic saepe spatio plarium hebdomadam non finiatur, isque, cujus attentio fatigatur, quidpiamque non praemissa voce *Diadesté* acceptat, perdit.

Philosophus itaque quidam, qui diu foeminarum imperio parebat, aliam vitae rationem inire constituit; hunc in finem librum de versutiis, et artibus mulierum scripsit, quem semper secum portavit, ut sibi omni occasione consuleret. Die quadam, cum tentorium Arabicum pertransiret, invenit ad ostium sedentem mulierculam jovialem, amicaliter eum salutantem, utque apud se conquiesceret, hospitaliter invitantem. Vix consederat, cum ei, ejusque systemati forma mulieris, caeteraque adjuncta periculosa evadere caeperant: confugit igitur ad librum suum, quem irretortis oculis legere caepit. Quod cum muliercula videret, ait: „Insignem librum hunc esse oportet, qui sic totam tuam occupat attentionem.” „Certe, reposuit Philosophus, tractat enim de mysteriis.” „Ad haec eum dicta mulier summa cum teneritudine interrogat: „Ergone michi nihil his de mysteriis scire licet?” Respondit Philosophus; „Nihil aliud continent, quam cathalogum omnium artium astutarum foeminarum, quod te sane non delectabit, cum pro te nihil sit futurum novi.” Jocum hunc mulier ultro persequendo, ait: „certusne es, omnes in libro hoc contineri artes?” Sicque inter facetias de passu ad passum procedebant, ita ut Philosophus vix fragilitatem humanam evasisset, nisi mulier, maritum conspiciens, exclamasset: „Salva nos,

perin  
marit  
tus,  
occlu  
nissin  
me in  
brum  
tame  
non  
rore  
facile  
ut ill  
posu  
ad a  
clam  
es, a  
pron  
quid  
clavi  
tente  
dimi  
„Vae  
tuo

tuus.  
tata  
cum  
gna  
sta  
muta

Bran  
plev  
Cath  
Pate  
aest  
tur:  
pepe  
id ta

soro  
fung  
ejus

perimus! Interficiemur ambo, nisi incunctanter hocce armarium intraveris." Philosophus non diu deliberandum ratus, illico ad armarium se recondidit, quod mulier sollicite occlusit. Obviam dein marito procedendo, ait: „Opportunissimo tempore venis, recte enim nunc peregrinus quidam me invisit, vir sapiens, ut a principio adparebat, qui librum integrum de versutis mulierum scripserat, finaliter tamen eo audaciae devenit, ut de amore disserere veritus non sit." An verba haec majori furore maritum, aut terrore Philosophum, in armario clausum compleverint, non facile est definire. „Ubi trifurcifer ille? inonabat maritus, ut illum demittam ad Tartara." — „In hocce armario, reposuit uxor, tradiditque illi clavim, qui summo in furore ad armarium properavit. At uxor in cachinnos soluta, exclamavit:” Perdidisti! Perdidisti! Solve, de quo pactus es, acceptasti enim clavim armarii, quin vocem *Diadeste* pronunciaveris. „Attonitus maritus, reposuit:” Lucrata es quidem, sed medio tali opus haud fuisset.” Quo dicto ei clavim, et pretium pacti tradidit. Postquam dein maritus tentorium rursus reliquisset, aperuit mulier armarium, et dimittendo semimortuum Philosophum, ridendo subjuxit: „Vade in pace perdocte Philosopho, sed memineris libro tuo eventum hunc inserere.”

*Acidalus.* — Gratias pro hac doctrina. Sum captivus tuus. Sed quid novi in mundo?

*Iris.* — Cum nuper in mundo fuisset, omnia commutata reperi. Observatum est hactenus, quod Angli magna cum moderatione bellum cum Russis gesserint: verum pugna die 26. Augusti commissa, in qua navis Russica combusta est, documentum praebet, Anglos intentionem suam mutasse.

### *Biographia.*

*Acidalus*, vir eruditus, natus in *Vitstok* Marchiae Brandenburgicae, anno 1595, cum vix annum aetatis 29. complevisset, fati cessit. Postremis vitae annis fidem Romano Catholicam complexus est, spe obtinendae promotionis. *Paterculum*, *Tacitum*, et *Curtium* edidit, qui magni aestimantur. Immerito ei adscribitur opus, in quo deducitur: *Mulieres non esse homines*” quae suspicio ei magnum peperit odium. De morte ejus diversi diversa sparserunt, id tamen certum est, morte naturali eum mortuum fuisse.

*Iris*, filia *Thaumantis*, et *Electrae*, *Harpiarumque* soror, docente *Mythologia* tabellarii munere apud *Junonem* fungebatur, quemadmodum apud *Jovem Mercurius*. Nomen ejus Graecum arcum illum coloratum septicolorem designat,

quem pariter Iridem vocamus; nomen vero Patris ejus, admirationem exprimit, quod Mythologis causam praebuit, eos inter semideos referendi. Solet Iris, velut persona super iridem sedens, alis instructa repraesentari, ad designandam ejus in exequendis mandatis celeritatem.

*Diarium Politicum.*

*Neapoli die 14. Septembris.* Elapsa die Dominica Regi complures altioris characteris officiales tum civiles, cum militares ad praestandum jusjurandum praesentati erant. Hac die Archi — et Episcopi quoque, hic praesentes, fidei Sacramento semet juxta sequentem formulam obstrinxerunt: „Juro Deo per sancta ejus Evangelia, quod Suae Majestati Joachimo Napoleoni, Augustissimo, et legitimo Regi meo, fidelis, et obtemperans futurus sim; praeterea spondeo: quod nullam cum hostibus Regni cointelligentiam fovere, neque consiliorum particeps esse, et generatim nullam connexionem cum iis habere velim, qui tranquillitatem publicam turbare possent; juro denique, quod, si in Diaecesi mea contra personam Suae Majestatis, aut contra Statum publicum, conjuratio quaepiam glisceret, eandem illico Regimini denunciare velim.”

Ex mandato Regis, cunctis officialibus pensionatis, et Invalidis, restans trimestralis pensio sine mora exolvenda est. Vult etiam Rex, ut copiae militares in posterum stipendia sua regulariter obtineat, publicaue beneficentiae Instituta, quae hactenus fini suo non usquequaque respondent, ad meliorem nonantur statum. — Ministri salariis suis; quae qua Status Consiliarii (3000 Aureorum) habebant, renunciarunt, quorum exemplum plures quoque Officiales publici imitati sunt. Summa, quae hac ratione resultaverit, in struendum super fluvio *Garigliano* pontem, ex mandato Regis convertetur.

*Parisiis die 25. Septembris.* — Monitor abitum Imperatoris sequenti ratione annunciat: Sua Majestas die 22. Septembris hora 5. matutina ex arce S. Clodoaldi, ad provincias Foederis rhenani profecta est. In comitatu Imperatoris constituuntur sequentes: Princeps Neocomensis; Minister Status Secretarius; Dux Forojulii; Summus Palatii Marschallus; Generalis Nansouty; Agazonum Magister; Adjutantes, Duces de Rovigo, et Lauriston; Cubicularius Remuzat; et Stabuli Praefectus Cavaletti. Princeps Beneventanus, et Dux Champagny Imperatorem praecesserunt. — Hora 8. vesperi Imperator *Catalaunum* ita inopinate advenit, ut Dymachi, quorum illic 4 legiones existunt, tempus equos conscendendi non habuerint.

Puella  
si

F  
far! T  
colloc  
Orbat  
vos n

C  
tunae  
educa  
noviss  
scar n  
in ag  
fuerit  
F. se  
rigid  
ternu  
duces  
tanto  
dere  
vale.

salut  
obsec  
mam  
perti  
eum  
rebat  
helm  
ubiq  
tam  
one  
prae  
ab u  
si ad  
bus

